



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

De 10. exco[m]m[unicatione] Bullæ ca. 30.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

licentia Sedis Apostolicæ.

De excommunicatione vigesima,

& ultima Bullæ Cœnæ Do-

mini. Cap 30.

**L**igat quoscunque, qui per se  
vel per alios quouis colore  
occupare, & destruere, vel  
detinere præsumperint vrbē Ro-  
mam, ac Ciuitates alias, terras, &  
iura ad ipsam Romanam Eccle-  
siam pertinentia. Superiores verò  
excommunications ita reser-  
uantur, ut nemini extra mortis  
articulum liceat ab eis absoluere,  
& si qua in iis antea absoluendi a-  
liquibus concessa fuerint priuile-  
gia, nunc reuocantur per Rom.  
Pontificem, & qui aliter ab eis ab-  
soluere præsumperint, excōmuni-  
cantur. Hæc tamen excommu-  
nicatio quæ generalis est, quāuis  
olim per Paulum II fuerit referua-  
ta, nunc tamen probabilius est

nulli referuari: cæterum ne quis forte decipiatur solemnis illa ac generalis absolutio quæ datur in die Cœnæ, minime fauet excommunicatis absque i alia speciali absolutione, quinimo nec absolutio ipsa proderit, nisi facta prius contra libertatem Ecclesiasticam, certò reuocauerint, & de hoc R. Pontificem certiorem reddiderint. Præcipit insuper Romanus Pontifex in virtute sanctæ obedientiæ omnibus Prälatis saltem semel in anno huiusmodi literas vbi eas accepterint in eorum Ecclesiis solemniter publicari; & omnibus Rectoribus, & curam animarum gerentibus, ut easdem apud se habeant, & legant.

C ij